P. GOTTFRIDI LUMPER,
MONACHI BENEDICTINI
IMPERIALIS MONASTERII AD S. GEORGIUM HERCYNIÆ SILVÆ,
p. t. VILLINGÆ PRIORIS

HISTORIA THEOLOGICO-CRITICA

DE

VITA, SCRIPTIS, ATQUE DOCTRINA

SANCTORUM PATRUM,

ALIORUMQUE

SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

TRIUM PRIMORUM SÆCULORUM

EX

VIRORUM DOCTISSIMORUM

LITERARIIS MONUMENTIS COLLECTA.

PARS II.

COMPLECTENS PATRES SÆCULI SECUNDI FERE DIMIDII, ATQUE SELECTA QUORUMDAM SANCTORUM MARTYRUM ACTA.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

Superiorum Permiſſu & Approbatione.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER p. m. FILIORUM.
MDCCLXXXIV.

PARS II.

DE SCRIPTORIBUS SECUNDI ECCLESIÆ SÆCULI.

DISSERTATIO PRÆVIA

DE OMNIBUS GENERATIM SECUNDI ECCLESIÆ SÆCULI SCRIPTORIBUS.

CAPUT UNICUM.

Quod fuerit ſcriptorum ſecundi ſæculi ingenium, quæ ſtudia, occupationes, & occaſiones ad ſcribendum?

ARTICULUS I.

De ſtudio ſacræ ſcripturæ.

Sacri divinorum novæ legis ſcriptorum auctores ad unum omnes, ſecundo Eccleſiæ ſæculo ineunte mortem obierant: & Joannes Evangeliſta, qui cæteris omnibus vitam longius produxit, in ipſum, ſuper quem olim requieverat, amantiſſimi Præceptoris ſui, Jeſu Chriſti ſinum, anno ejusdem ſæculi circiter octavo, convolaſſe perhibetur. Ex ſubſequentibus itaque ſcriptoribus

Defunctis divinorum ſcriptoribus, nullus dein adflante divino ſpiritu libros conſcripſit.